

Mittheilungen

des

Historischen Vereines für Krain im December 1862.

Redigirt von dem Secretär und Geschäftsleiter, f. f. Finanz-Concipienten August Dimic.

Inhalt: Historische Notizen aus den im Museal-Archiv aufbewahrten Kalendern des Bischofes Th. Chrön, zusammengestellt von A. Dimic. (Forts. u. Schluss.) — Auszug aus dem ältesten Urbarium der Herrschaft Adelsberg vom J. 1581. Von P. Hitzinger. — Monats-Versammlung. — Verzeichniß der Erwerbungen im J. 1862. — Nachtrag zu dem Auszuge aus Ravennatis Anonymi Cosmographia.

Historische Notizen aus den im Museal-Archiv aufbewahrten Kalendern des Bischofes Th. Chrön, zusammengestellt von A. Dimic.

(Bergl. Mittheilungen vom März und April 1862.)

(Fortsetzung und Schluß.)

1615. April 7. Graetio discessimus à Prandio pernoctavimus in Arce Seccaw.

April 11. Venimus Oberburgum et dnica. Palmarum Ramos ibidem Pontificaliter benediximus.

15. Apr. Labaci ad Savum fluvium per Vicedominum Carniolae D. Praesidem Carniolae deputatorum: D. Wolfgangum ab Egkh Consulem Senatum Labacensem et 150 plus minus Equites: In Arce et Turribus civicis per multos Tormentororum boätus: Et ad Portam Civitatis per Capitaneum Civicum et cives in armis festive excepti sumus et solenniter.

Maii 5. Labaco discessimus in Camnik. Hac die exhibitum nobis fuit Breve Apostolicum in Camnik, a Friderico Zwingmann Epli. nro. Advocato Labacensi quod absolutionem et Aplicam dispensationem inter ipsum et Catharinam Selgen ejus in secundo Consanguinitatis gradu aequali cognatam continebat. Commisimus totum negotium R. Adamo Sontnero Vicario nro. Generali, qui Labaci infra Dnicam. Misericordias Dni omnia et singula ad — expeditiv. Transumptum Brevis Aplici, authenticum tradidimus dispensatis, retento Originali in nro. Archivio. Laus Deo.

Junii 9. Altaria Tria Pontificali ritu consecravimus in monasterio Monialium Ordinis S. Dominici ad instantiam R. Matris Dn^{ae}. Apolloniae Priorissae et R^{mi} Dni, Martini Epi. Seccoviensis datam licentiam. A. Prandio ultra 300 animas confirmavimus et Vesperas 2^{as} Pontificaliter, Virgines autem Musica festiva Figurali cum Instrumentis concinnimus. Laus Deo ejusque Divae Matri Virgini.

Junii 11. In sacello Sereniss. Mariae Annae Secretiori in Aula ad Seren. Archiducis Ferdinandi piam voluntatem et invitationem, hora 3^a Pomeridiana confir-

mavi 20 personas nobiles, adolescentes Barones Comites et Domicellas, quorum 5 Serenissimus Ferdinandus 13 Serenissima Maria Anna, duobus Serenissimus Joannes Carolus major natu filius patrini extiterunt. Ex his 3 aut 4 erant pueri et puellae Rusticae quarum Matrina Sereniss. Maria Anna extitit.

Junii 18. In Festo SS. Corporis Christi Primas iterum unaque Secundas (sc. Vespertas) cum Solemni Sacro summo Mane hora 4. Sanctissimum Sacramentum detulit Illmus. D. Nuntius Apostolicus D. Erasmus Paravicinus: Primum Evangelium Pollensis: 2^{um} Stajncensis Praepositi: 3^{um} Abbas Runensis et Quartum ego Pontificaliter decantavimus atque simul cum D. Abbe latera cinximus sub umbella Illmi D. Nuntii Aplici, timbrias utrimque Pluviales ferentes.

Junii 25. Summum Sacrum iterum Pontificaliter celebravi ibidem Nuntio Apostolico SS. Sacramentum: me autem ad latus dextrum: Illmo. autem Dno. Dno Mathia ab Austria, Marchione Burgaviae Rudolphi Secundi Caesaris filio ad latus sinistrum sub Baldachino Pluvialis oraria una deferentibus, sic Ferdinando Archiduce Serenissimo per Magistrum Curiae Illnum. Deum a Pötting disponente. Laus Deo.

1617. 20. Januar. Qualiter Paulus Vergerius olin Epus. Justinopolitanus postea a fide Apostata, miserabiliter mortuus sit, narravit D. Joannes Georgius Schaidt Cancellarius in Excelso Regimine. Positum namque in agone ultimo Dnus Vdalricus Comes ab Helfenstein et Venerandus Gabler excellentissimus totius Imperii Medicus Doctor amici singulares convenerunt, et ipsum adhuc viventem flamnis infernalibus viderunt torqueri. Quo permoti spectaculo conversi fuerunt ambo ad S. fidem Catholicam. Vergerius autem sic ut fertur periit. O Dne Jesu libera nos a tali flamma aeternae mortis. Amen Amen Amen.

Notabilia Graetij Ao. **1619.** Facta.
Verzaichniss Wieuill Personen im Jahr 1619 gestorben: Wieuill Kinder geboren: auch wieuill Hochzahnen gehalten worden.
Erstlich sein im Vergangenen 1619.

aller vnd heder personen in Gräcz gestorben . . .	430
Entgegen sein Kinder geboren vnd getauft worden . . .	400
Heyrathen vnd Hochzeytten gehaltten	137
Sten Viechs ist geschlachtet worden und aufgangen	
Ochsen	4726
Rhüe	69
Rhelber	2702
Lemper	4455
Cosstram	7292
Inslet ist aufgangen Centner	1454
	I. 5.

1620. Nova et miracula Sanctorum. Ex litteris Cristophori Hejdae Cubicularii Illmi de Martiniz. Passavio 12. Dec. 1619.

Hisce diebus appulerunt, Praga hoc duo Patres Cappuccini pro certo referentes. Ante coronationem Hejdelbergensis dum ad eam Theatrala pro spectatoribus aedificarentur ipso die clare uisum a Fabris Lignariis in Metropolitanâ Eccâ S. Wenceslaum Cataphractum exire e Sacello suo (quod erat clausum et signatum) et ad Sacellum S. Sigismundi quod e regione est, concedere, indeque mora aliqua interposita, Comite S. Sigismundo ad Summum Altare procedere: ubi mox S. Vitus cum alio quodam Sancto (putatur fuisse S. Joannes Canonicus, qui non procul a Summo Altari sepultus jacet) apparuit, seque eis aduentibus adiunxit. Consilio itaque ante Aram Summam aliquandiu habito, prorupisse in haec verba S. Wenceslaus dicitur: *Nunc tempus est.* Et statim cum sociis Sacrismiam versus tetendisse ibidemque disparuisse. Fabrorum lignariorum duo subito, qui haec viderunt et publice sunt contestati, ex terrore in gravissimum ceciderunt morbum qui alterum altera die e vita sustulit; alterum vero diutissime lecto affixum tenuit.

Anno 1612 paulo ante Rudolphi II. Imp. obitum qui anno praefato 20. Januarii accidit: Spirae consimili modo Imp. Romani illic sepulti uisi fuerunt exire Mausolaea, Processionem per Eccliam Cathedralem et circuitum facere cum luminibus accensis. Mox peracto circulo suo rursus ingredi sepulera. Mox sequuta fuit mors Rudolphi II.

Anno 1617 Tres uisi Cometæ: Mathias et Anna Impp. mortui. Sed tertius quid?

1577 in autumno Maximus Cometes horribilem habens caudam apparuit et ad Festum usque Epiphaniae quotidie paulatim tamen decrescendo conspectus fuit. Mortuus tunc Maximilianus II. Imp. cui successit Rudolphus itidem II. et paulo post natus est Ferdinandus II. Græcii, cui baptismi Sacramento Abluendo; ego tunc in Rheticis constitutus Orationem in Templo S. Aegidii affixi soleniter conscriptam. Sub Praeceptore meo R. P. Bartholomeo Weyssagio.

Anno 1600. Dnica Jubilate idem Ferdinandus II. Archidux suas cum Sereniss. Maria Anna Bauara celebravit Nuptias cui ego jum tunc Episcopus Labacensis

et Carnioliae Ducatus Nuntius et legatus Nuptiale donum excedens 800 fl. in solenni Procerum conuentu in Aula obtuli.

Anno 1617. 29. Junii idem Seren. Ferdinandus post devictos Venetos bello triennali in Regem Boemiae electus, unctus et coronatus est.

Anno 1618. Die 2. Julii idem Rex Ferdinandus in Regem Hungariae electus unctus et coronatus est. Sequa est postea contra eundem foeda haereticorum Boemiae Moraviae Silesiae Lusatiae utriusque Austriae Hungarorum Transylvanorumque et Betleem Gabor Trinitarii siue Mahometani rebellio.

Anno 1619. Die 28. Augosti idem Ferdinandus Rex Francofurti in Regem Romanorum et fulurum Caesarem electus, unctus, coronatus est. In die S. Stephani Protomartyris 1619. Seren. Joanes Carolus Archidux primogenitus Ferdinandi Imp. Graetii † ibidemque postea est sepultus.

1. Nov. 1619 ejusdem Seren. et Augusti. Imp. Ferdinand II. filiam Sereniss. Caeciliam Renatam in SS. Chrismatis Sacramento ipso Augustiss. Patre Dno. meo clementissimo ita uolente in filiam suscepit spiritualem. Eademque postea in Festo Patronae S. Caeciliae libellum Regalem ac pretiosissimum obtuli: et seruum ab ea virginale recepi ad Altare. Laus Deo.

— 6. Jan. Finitis Pontificalibus ac Processione SS. Sacramenti pro fine orationibus 40 horarum imponendo: Eliam deposito Corpusculo Sereniss. Archiducis Joannis Caroli p. m. in Sacello SSS. Trinitatis in Aula. Accepi literas Roma. noe. Suæ Sanctitatis a Cardinale Scipione Burghesio et R. Petro Lousha: quibus visitatio Vrsinica perimitur et mota praecedentiae controversia sopitur. Et bona causa tandem triumphat. Laus Deo Virginique Matri.

In festo Trium Regum gratiosas litteras noie. Suæ Sanctitatis ab Illmo. D. Cardinale Scipione Burghesio Roma missas: Aliasque propter Vrsinicam visitationem a Secretario Memalo per D. Petrum Lovsha accepi. Triumphant veritas et justitia. Laus Deo.

Eodem. Vesperi hora 8. noctis delatum est corpusculum Sereniss. Joannis Caroli Archiducis Caesaris Ferdinandi II. primogeniti filioli 15. quasi annorum ad Sacellum SS. Trinitatis. Et misimus nostros duos Capellanos cum Comite Caesara (?) ad funeris conductionem.

8. Febr. Allatae sunt S. D. N. Pauli Papae V. litterae SS. Jubilaeum universale continentis poo praesentibus Ecclae necessitatibus. Laus Deo.

Item Breve Apostolicum ad R^{mum}. Epum. Seccovensem ut in causa et negotio Arzly vel potius Nuntii Apostolici loco Summi Pontificis Judex in partibus delegatur.

Item Illmi Cardinalis Galli eiusdem S. D. N. noie. ad me datae, ad quas etiam respondi quoad praecedentiam Vrsinicam.

Sereniss. Archidux Leonora reddidit spiritum Creatori in Halle Monasterio Tyrolis.

12. Mart. Rescriptum Caesaris per D. Christophorum Fridericum de Paar accepi ex manu Eustachii Rhaena licentiae proficisciendi ad Paschalia Festa domum et ad Thermas. Laus Deo et M. M. Virginis.

Nota. Somniavi mane circa diluculum, qualiter serpentes et Colubri ad caput transfixi, capti necati et in altum leuati fuerint veribus sine fascinulis ferreis horrido aspectu Sub his verbis Isti sunt veri Itali serpentes.

12. Martii licentiam a Caesare domum ad Cathedram proficisciendi obtinui.

28. Martii. Doctorem Annibalem Bottonum in Procuratorem suscepit. R^m. Dⁿ. Epo. Seccoviensi qui me inuisit praesentavi. Cum quo multa acta circa Arztiam causam et Apostolicam delegationem.

29. Martii. Doctor Leonardus Gözzius 22. annis vxoratus postea Lauantinus Epus. factus ad S. Aegidium Sacerdotales suas Primitias senex celebrauit. Cui Deus det gratiam.

30. Martii. Graetio discessimus, in itinere Mutae prope Maernbergam incidimus in morbum. Ultima Martii Slavigraetum. 1. Aprilis ad S. Georgium in Scaliss 2. Altenburgum 3. Oberburgum venimus.

12. Julii. Consecratus fuit R^m. D. Leonhardus Gözzius in Templo S. Aegidii solemniter ab Illmo. D. Jacobo Epo. Seccoviensi noie. et loco Illmi. Archiepiscopi Salisburgensis. Egoque et suffraganeus Gurcensis Epi. fuimus Assistentes et ad id uocati et rogati.

13. Julii. Apud D. Capitaneum Carniolae D. Joannem Vdalricum ab Egkenberg eiusque E. Matrem audientiam habui bonam ac satis longam Super negotiis meis cum Nuntio, Arztioque Item super officii mei resignatione. Noluit dare consilium. Legitque totas Cardinalis Galli litteras et in eis SS^m. D. N. voluntatem et mandatum. Narravit quatenus commendauerit istum Arztium Cardinali Burghesio.

14. Julii. In convivio apud Seccouiensem fuimus cum D. Nuntio Apostolico, Lavantino et suffraganeo Gurcensi. Affuerunt DD. Wolfgangus Wilhelmus et Gottfridus Schrattenbach fratres et alii Magni Viri. Mirabilis tunc discursus et judicium Praesidis Camerae Inferioris de Lauantino.

Litterae a me ad Archiepiscopum Salisburgensem datae per manus Dni Epi Seccoviensis.

16. Sept. Graetio discessimus.

18. — Oberburgum pervenimus ad ordinationes celebrandas quas etiam celebrauimus.

13. Oct. Infirmitate adhuc detenti. Vesperae in Stajn.

14. — Labacum venimus.

18. — R^m. ac Relig.^m. D. D. Sixtus Carcannus Epus. Germanicensis venit ex Billichgraez Labacum, mansit usque ad sequentem diem Dnicam. Interea iterato in morbum incidimus.

24. — Profecti sumus ad Arcem Görtschach cum nostro fratre Andrea. Ibi pernoctavimus.

25. — Venit Illmus. Dnus Visitator in Görtschach, ubi etiam pernoctavit ac sequenti die celebrauit: postea visitauit Parochiam S. Stephani in Zeyer Smlednik et Wodiz. Ego autem ex Görtschach R. D. Visitatori cedens ascendi Crajnburgum et apud S. Martimum mansi ultra octiduum.

28. — R^m. Dnus Visitator ex Michelstötten venit cum solenni pompa ac processione Crajnburgum, itum ei obviam. Sub Baldachino cum Rocheto et Insula intravit. In porta Eoclæ. eum excepti et introduxi solenni ritu. Pontificauit in Majori Altari, ego in medio, postea confirmauit. Et tractatum fuit de variis, praesertim futuro Vicario et Capellanis.

1. Nov. R. D. Visitator discessit in Naklas inde ad alias Parochias Carniolae Superioris.

In festo S. Martini Praepositum Labacensem meo noe. infulavit.

Eodem 1. Nov. R. Blasium Kusmannum in Vicarium Crajnburgensem solemini ritu installavimus in persona propria.

2. Nov. Installavimus eundem in Capellatum S. Mariae Virg. in Carnario (?) fundationis Eghianiae.

Officium Defunctorum solenniter ac Pontificaliter Crajnburgi peregimus.

3. Nov. Postea sumus reversi in Kamnik inde Oberburgum cum B. Georgio Kramartio.

Et Tertio incidi in morbum meum. Visitauit me R^m. D. Visitator bis apud. S. Martinum in domo Parochiali ubi decubui.

1621. X. Aug. Accepimus litteras Passauio ab Illmis. Dnis Dno Jaroslao Borzita Comite de Martiniz et Dno Quilemo Slawata Comite de Chlomen (?) et Cossumbery, Martiribus Boemiae, qui ambo anno 1618 per fenestras Arcis Pragensis a Boemis Haereticis propter fidem Catholicam electi fuerunt.

XI. Aug. Graetii A Sereniss. Sua Caesarea Majestate gratiosissimam accepi ab officio Locumtenentis eius dimissionem. Laus Deo Virginique Matri.

1622. Febr. 14. In die S. Valentini mit denen Fergen aus Bherntsch an der Saue wegen eines ganzen Jars aller vñser Leuth vnd Sachen halber (Nichts aufgenommen) vberfuern beschlossen pr. 12 fl. Und alsbalden der Aliana Demme vnd Baste, yeden alshye in Bissthumb in meiner Stuben aufgezahlt yeden ain gulden id est 3 fl. Rest noch X fl. ad finem anni zu bezahlen.

Febr. 18. Concertatio ac solennis Protestatio in Palatio pro sessione ac suffragiis Capituli nri Labacensis facta est etiam consultatio. Sed non permisimus causam hanc in dubium revocari, ut quae relatione Antecessorum temporis praescriptione ultra 150 annis ac traditione Maiorum; iusuper possessionis diuturnitate convaluit.

Maerz. Notandum. Damit wir den Anbalben in allen seinen Ambtern Als Anbaltey oder Hoff Richter Ambt: Schafferey: Keller vnd ander Mit der Rahettung

absolviren Quit vnd frey hysstten: alias deberet per integrum annum in rationibus occupari et interim Oeconomia nre. plurimum pateretur haben wir auf sein demnächtige Bitt vnd: Unser Schwester Ursula seiner Schwieg Trewlich eingewende intercessiou auf sein erhytten (das Er außer unser Zuthuen vnd entgegelt die völlige Summa auf Saiz Closster der 3500 fl. erlegen: alles Geffindt althe zu Oberburg biß Georgii 1623. Iars völlig auf vnd abzahlen: Drey Jahr hinsüran Neben der Anbaldey vnd Rentmeisterey auch die Schafferey ob sich interim ein getrewer Diener zur Schafferey befunde dienen wolle, womit, wölle er noch weiterhin getrewlich wie bishero dienen: allersehts Rahyttung ordensich einlegen vnd ein Compendiolum Ambter vnd heuser als Oberburg und Altenburg zuuerstehen Sicut cum Officio Porebri et Rudnech habemus et Illius D. D. Epus. Rauber solitas fuit, specificirten vnd summirten Einkhomnis übergeben) haben wirs quod nulli alii factum est geschehen lassen.

Et in hunc modum ad promisse illius consensimus in nomine Jesu et Mariae Amen.

Epitalamium. Sacrae Caes. Mts. Ferdinandi II. Rom. Imp. cum Serenissima Principe Dna. Elenonora nata Gonzaga Principe Mantuae.

Ingredere	Ferdinandi
Augustissimum Thalamum	canet triumphos.
Auspice Deo.	Christ. Ferrarius
Optatiss. expectatissimaque	Venetus.
Eleonora	
Coelesti cujus aspectu	
Suos inter bellorum fremitus	
Germania	
Laetabunda mitescit	
Et quae nunc	
Sacri Conjugij	
Festiuos exercet cantus	
Impio tandem furore domito	
Aspirante Deo.	

Maerz. Alind Epithalamium Caesaris Ferdinandi II. et Leonorae Gonzagae Sponsorum.

Dii te seruent	
Eleonora Augusta	
Gonzagae domus maximum decus	J felix in tua gaudia
Auspiciatissimis cujus nuptiis	Eleonora Augusta
Italia tota	Incolumem cum Caesare
Prisca sua Majestate	Dii te seruent.
Germania tota	
Spe laetitiaque noua	
Auguratur	
O gloriosum fataleque nomen	
Eleonora Austriacae Domus	
Te Neptem suam recipit	
Ortum ab Imperio decus	
Ad Imperium redit.	

10. Aprilis. Fuit dedicatio Ecclesiae Cathedralis. Pontificaliter eam celebravimus.

NB. Statutum est ut posthaec quotannis celebretur Anniversarium dedicationis Ecclae B. M. Virginis in Campestribus Labaci Dnica in Albis ut olim mos erat, non autem Dnica Misericordias Dni ut ne impediatur solennibus Cathedralis Eccle: Ad quam etiam oes. aliae circumiacentes Parochiae cum vexillis et Processionaliter convenire teneantur, ut honorem ac reverentiam Matrici exhibeant Ecclesiae.

17. Apr. In Anniversario dedicationis Ecclae Oberburgensis etiam Pontificaliter celebravimus: ex Sittichio reuersi ubi R. D. Abbatem visitauius decubentem.

Item sanximus fieri ut posthaec omnes viciniores Parochi cum vexillis ac Processione Oberburgum ad festum dedicationis convenient.

5. Maii. Horribilis ualde fuit terrae motus circa Meridiem et quasi horam XII. Quando ex templo venimus Pontificali peracto officio Duravit quasi ad 1 Pater 1 Ave et 1 Credo. Itum fuit ad templum, compulsatis campanis sacrae Lauretanae litaniae decantatae ut Mater Misericordiae deipara Virgo suis Sacratissimis precibus auerat mala.

26. Maii. Festo SS. Sacramenti Pontificavimus ipsi et epulum publicum exhibuimus.

29. Maii. Fuit Prima Processio infra Octauam instituta ex templo S. Jacobi Collegii Archiducalis ubi Pontificauimus egrediendo ad Tiliam: inde uersus Portam Croaticam descendendo per plateam Rosarum (Nota hiesüro Muß man durch die Chrönn Gassen zhehen Ist vill schöner und gelegfamer) ad Seminarium inde ad S. Jacobum magna totius Civitatis praesertim illius loci ubi incedebat primitus Processio exultatione. Primum Evangelium fuit decantatum ad Domum B. D. Praepositi Rudolfwerthensis. 2. ad domum M. Nicolai Aurifabri. 3. ad Seminarium. 4. ante S. Jacobi templum in area. Emblemata uiua exhibita figurarum veteris Testamenti: praesertim puellarum Virginum: vinum germinans Virgines.

2. Junii. In Octaua celebravimus Processionem et Pontificavimus ad S. Petrum solenissime.

5. Junii. Fuit Festum Canonizationis SS. Isidori: Ignatii Loyolae: Francisci Xaverii: Theresiae et S. Philosophi Neri Congregationis oratorii Fundatoris. Processio Augustalis a S. Jacobi templo per uniuersam Civitatem ad oes. Ecclias, ordine quo alias in Festiuitate SS. Corporis Christi inceditur inverso vtpote per Pontem superiorem ad S. Clementem in Ripa fluminis: ad Domum Marianam: Capuccinos: S. Elisabetham: ad S. Nicolaum: inde per forum reuertendo ad S. Jacobum. Porta et Arcus Triumphales variis in locis. Emblemata uiua in Theatris XII. Boatus tormentorum et omnis generis Musicorum varii. Ipsi Patres Societatis Jesu omnes in Processione paramentis Sacris aliis Superpelliceis indui procedentes ex quibus P. Rector et P. Zycylfesst. duo Chri-

stophori vexilla gestarunt per totam Processionem quoad durauit. Ego Thomas Concionem Pontificaliter indulus Slauico idiomate et Sacrum Pontificale habui. In fine Te Deum Laudamus cum Tubis et fragore Tormentorium decantatum. Epulum in Collegio Publicum. Gloria haec omnibus Sanctis Dei. Amen.

6. Junii ad Thermas processimus ubi 3 hebdomas fuius satis salubriter commorati. Laus D. N. Jesu Christo et Deiparae Virg. Mariae Omnibusque Sanctis. Amen.

8. Junii. Ante Coenam ad Thermas ubi etiam mansimus et balneavimus et mansimus ad 1. usque Julii. Satis foeliciter. Laus Deo.

2. Julii. Fuimus in Kokryal et celebrauimus ibidem. 3. — Curru sumus reuersi domum.

NB. Murus pomerii collapsus ex terae motu restauratus ac perfectus est his diebus. Ultra materialia omnia: rabbottas: cibum: potum: uinum et hospitalitatis iura dali Magistro 148 f. Sex muratoribus pro bibali 4 f.

Nota 17. Julii. Ad 14. Augusti Iuuitati Sumus ab Electo Epo. Tergestino filio nostro chariss. Tergestum ut ibidem cum consecremus (von der Hand des Bischofes Otto v. Puchheim beigesetzt: Reinaldum.) Item ad sequentem diem 15. Aug. hoc est Festum Assumptionis Mariae ad solemnitatem festiuitatis Primae Canonizationis SS. Ignatii Loyolae et S. Francisci Xaverii Inclytæ Societatis Jesu in Occidente et Oriente apud Antipodas Fundatorum.

29. Julii. Oberburgum Altenburgum profecti ibidem pernoctavimus.

30. — Inde Summo Mane discedentes ad Antonium Pleshizhnik circa horam 2^{am}. pomeridianam itinere lapido arduo ac difficili venimus.

Vesperas ad S. Vrsulam in satis magna Populi frequentia subiimus easque pontificaliter peregrinus. Officium fuit de Ecclae. dedicatione. Quia tali die 4 Altaria consecrauimus Ao. 1621.

31. Julii. Consecrauimus consecranda Officium Summum Pontificaliter decantavimus. Vnoque tractu ultra Animas 1000 confirmauimus decantatis post Chrismatis Sacramenti ministrationem et exhortationem ad Plebem factam etiam Vesperis Pontificalibus.

Finitis universis dataque omnibus per circuitum Indulgentia ac benedictione reuersi Sumus ad prandium circa horam 5. pomeridianam, deinde sub crepusculo ad hospitium domumque Pleshizhnik.

2. Aug. Rationes habitae, remanent Ecclae. pecuniarum Coloni sponte se subdentes. Antonius Pleshizhnik 350 f. Lucas Naramnik. Bartholomaeus Mozhilnik. Empetus Caspar Kussnik 1000 f. aureis ab Hurruass qui ei ipse se subdit. Item alind quoddam 200 f. unoque aureo praedium. Plures sequentur. Haec (Laudes sint Deo) perfecimus foeliciter. Et 2. Augusti rediimus Altenburgam totis quodammodo fracti uiribus.

4. — Oberburgum.

6. — Ist herr hanns Ulrich von Eggenberg Freyherr des gulden Fließes Rytter, Freyherr, Gehaimb Raht vnd in Steyer vnd Kärnnten Landshauptmann von denen hungarischen Ständen zu einem Landtmann solenniter publicirt worden.

X. Septembris. Praefatus Bartholomaeus Mozhilnik uenit una cum Juri Preualnik et Antonii Pleshizhnik filio Georgio Ecclae S. Vrsulae Syndicis. seque ac suam tertiam partem praedii in manibus nostris ac Syndicorum se tradidit nec non scriptum, quo cum fratre suo conuenit. Nos uice versa alias literas sub signatura nostra ac sigillo Pontificali munitas Emphyteuticas contradidimus. Taxa donata. Item praefatus Caspar Kussnik quem ab Huruass R. Andreas Tautscher emit 1000 f. sed Ecclae. libens illud cessit, eodem die ac tempore uenit literas Emptionis suae nobis sponte consignauit. Item pro praefato Petri Nastrashi numerauit Syndicis 25 aureos quos pro illo exposuerant. Et se pariter Ecclae. Vrsulanae subiecti fundauitque. Huic binas Emphyteuticas ut alteri reddidimus Seruit de praedio Kressnik 3 f. 4 c. De altero Na Strashi 1 f. Pullas 2. Caseos 3. Ova 35. Antonius Pleshizhnik seruit 2 f. Bartholomaeus Mozhilnik de sua tertia praedii parte — 30 c. Lucas Naramnik libras Caerae 3. Rabbottas quoties Ecclesiae opus fuerit, dumtaxat.

November. Sub idem tempus annum ingrediens Climathericum hocce Sexagesimum tertium incepit grauissime ad mortem infirmari: ex qua aegritudine uix post Festa Natalitia paululum emersi.

1625. 1. Jan. Infirmitabamur grauiter ita ut nec Sacrum hoc die Sancto audire potuissemus.

11. — Litterae advenerunt Sac. Caes. Regiaeque Majestatis Ferdinandi II. quibus Comitiorum Carnioliae commissio nobis ac Vicedomino injungitur.

12. — Oberburgum in pluviis discessimus in Stajn et sequenti Mane Labacum pervenimus.

14. — Comitiorum Praepositionem in Curia ac praesentia immemorabilis Procerum multitudinis fecimus: et convivium exhibuimus eisdem solempne.

29. — R signauit officium Advocati D. Burckhardus Hüzing Et eius loco Doctor Georgius Planina susceptus est et in sollicitatorem confirmatus Michael Nouak cui mense Junio 1625. Apud Oeconomum nostrum Labacensem biennalem mercedis designationem solvimus i. e. 24 f. Doctori Georgio Planina aduocato etiam 20 f.

Febr. 2. Labaci ad S. Jacobum PP. Soc. Jesu Eccles. Candelas benediximus: Processionem solemnem et Sacrum cum III. Vesperis Pontificaliter celebrauimus. Fuit solemnis congregationis B. M. Virginis ibi festiuitas propter aggregationem.

— 3. Oberburgum ad Synodus profecti sumus; appulimus salui: Celebrauimus. Et

— 10. In gravem Febrim Morbumque nostrum incidimus ab eo 14. dies detenti.

Maii. Notandum. Pax cum Turcis hoc mense ad annos XX. conclusa est. Volebant Turcae perpetuam, nostri ad annos praedictos, tunc (?) Waziam reddent Caesari.

1. Junii 1625 a templo Patrum Societatis Jesu Te Deum laudamus in gratiarum actionem Deo omnipotenti decantatum. Concluditur ergo Haereticos omni modo esse Turcis pejores et extirpandos. Et Breda fuit capta a rege Hispaniarum.

24. October. Der Altten Muetter Ursula Bostianzhizhin Burgerin zu Stain wittib In bedacht wir mit Iren herrn Sohn P. Mathia Bastianzhizh Societatis Jesu Decano Philosophicae sive Artisticae Facultatis zu Wien vnuß dahin beredt vnd verglichen das Er Ime die Armen Crainer zu Wien auf der hoch Schuell Entgegen wir vñß sein alste lhebe arme Mutter Trewlich besolchen sein lassen wollten. Vor diesen zu 3malen gelst von 12. bis 15. vnd mehr fl. an hezgo aber zu Irem Tag vnd auf die thalte Winterszeit ain neuen Pelz vnd gefuetterte Rauch Zoppen geben. Ut oret Deum pro me.

2. November auf Lahbach zum Landtag ankommen.

3. — Die Propositions Schrhefft bey der Post ankommen.

4. — Noctu in gravem incidimus solitam infirmatatem nostram.

5. — In curia nihilominus proposuimus Sacc. Sac. Caes. Majestatis Comitiorum Credentialles: Scripta: Literas insuper pro Extraordinaria contributione.

6. — Epulum exhibuimus Publicum Proceribus.

10. Nov. Mit hannen hüssler handßman allhye mediante Andrea Fratre et Elia Andriano wegen der Bischoflichen Drufhery also transfigirt:

De loco Typographiae prospicietur: et Praelo: atramento: ac chartis idque Venetiis recepit in se idem Hüller. Etium de Collectore Typico.

Disen werden wir sehn Unterhaltung geben: das vñ cosssten auf oberhöhte fachen vnd P. Rector muß vns die 300 fl. so Ime per Andream nostrum überreicht, wieder hergeben.

Item hanns Hüller hatt mit Mundt vnd Hand sich für Ioanem Werber Buchbinder allhye versprochen vnd wie Er Ime helfsen auch pro initio an der Preß vnd Papier lhein gewinn suechen wölle, alles in praeSENTIA des Herrn Thuembs Prebstens vnd E. E. Landschafft in Crainherrn Verordneten Präsidenten Doctorn Caspari Bobeks: Andreasen Chrönns quibus etiam manu stipulatus est: Jacobi Sloppar Canonici et aliorum Actum ut supra X. Nov. 1625 in Anla Episcopali.

26. Nov. Quod foelix faustum fortunatumque sit, ad Majorem Dei gloriam, hostium ejus Ecclesiae terrorum et Reip. Christianae utilitatem. Seren. Archidux Ferdinandus Ernestus major natu Imp. Ferdinandi II. filius habens 17 annos, Sopronii in Comitiis Regni Hungariae, a Proceribus ac statibus Hungaricis libera ac

spontanea electione, in Regem Hungariae electus et (recepta prius a Bettlen Gabor Transylvanae Princepe Juris totius ad coronam Regni Hungariae resignatione, ac renuntiatione) coronatus est ibidem in Festiuitate Immaculatae Conceptionis glorioss. Virginis Mariae quae fuit 8. Dec. Anno hujus 1628.

Hic Labaci in Aede S. Jacobi Pontificaliter celebrauit: et post finem Sacri Te Deum laudamus fuit solenniter decantatum in sono Tubarum, organorum, et Tormentorum passim boantium. Laus Deo V. Q. M.

26. November. Ivan Bapt. Costa Bildschinrz We- gen des Altars Unser lheben Frawen Assumptae bei S. Jacob in Jesuiterischen Collegio alhye (obwoll wir Vor disem P. Nicolao Jaggnatovio Rectori die Urbanizhische aberhaltenen Rechts Gefallen so sich über 2000 fl. erstrech: Er aber dieselben Mit deren Urbanizhischen wittib frawen Muetter vnd Tochter Nur auf 1200 fl. verglichen vnd empfangen: Zu disem werkht deputirt vnd entgegen die h. Patres die aufzmachung vnd völlige werkhs verrichtung versprochen aber nit gehalten, sondern sich aufgeschrafft, de novo mit Ime verdingt auf 128 Zylhini. Er aber bis auf die Schrhefft alles verguldet vnd gemacht Ime zu unterschiedlichen malen geben ainhundert vier vnd Zwanzig Zylhin. Wann Er auch die Schrhefft zu unserem gefallen fertiget, so zahlen wir Ime noch die Ubrigen 4 Zylhini et facient 128 Zylhini. Laus Deo.

Praesentes fuerunt Adam Clemens Oeconomus, Vxor et alii.

Hoc eodem Mense (Novembri) Comes Joannes de Tilly dux Caesareani exercitus et Princeps Fridlandiae alias dictus de Waalstain devicerunt castra Christiani Regis Daniae caesis multis hostium millibus (inter quos fuit Dux Saxoniae Alttenburgicus non pridem antea captus ac dimissus sub attestacione juramenti non amplius arma contra Imp. Sumere: General Fuchs: Colonellus insignis Obertrauft: complures Comites, Barones, Colonnelli etc.) captis XVI. cornetis et aliis innumeris Receptae in fidem ac devotionem Cacaris omnes ciuitates Anseaticae, plures XXX. qua in re multum est situm ponderis. Item dediderunt se ac recepti sunt Archiepiscopus Magdeburgensis a tempore Lutteri ab obedientia Catholicae fidei exulantes. Laus Deo etc.

1626. 7. Jan. Mane summo paulo post horam quintam fuit Terrae molus durans quasi ad momentum. Deus Deique Virgo Mater bene uertant omnia.

31. Januar. Un Verhörr gegen Hannen Kopatschen am Landthauß gehabt. Affuimus in persona et diximus Georgio Müller Aduocato publice: Posuimus mendacium spem nostram et mendacio protecti sumus. Isa. 28.

2. Febr. Denen Thurnern auf Handen Unserers Brueders Andreasen Mit Ernsther Vermahnung des sy bey der Thuembskirchen sich Feiertäglich vleyffig einstößen sollen zum Neuen Jahr geben 10 fl.

Dem Schulmeister Purificationis Mariae das Er einen Dialogum Adam et Euae exhibirt geben 4 fl.

Patribus Capuccinis ad Nouum Annum 1 (Eimer?)

Terran Ad ieunium benedictum boni Vipatici lagenam 1.

3. Febr. Iterum indicta fuit audientia in Curia contra praefatum Joannem Kopatz h: affuerunt consideruntqne Indices et elusit Tribunal Georgius Müller Aduocatus, singens morbum (sc. conscientiae et Veritatis oppugnatae). Ecce enim init spatiatum: et paulo ante a egressus est ex domo Vice-Capitanei Bernardini Barb. 5. Febr. Scripsimus Illmo. Dno Nuntio Applico

Viennam pro dispensatione ac Anticipatione ieunii Vigiliae S. Mathiae Apli. in Feriam Secundam Bacchanaliorum incidentis.

NB. Respondit negatiue: et suasit nos S. Romanae Ecclesiae ac Vrbi in qua est Religionis summa observantia conformiter habere. Ex Vienna 19. Febr. 1626. Quod est bene notandum pro futuris annis. (Beisatz von der Hand des Bischofs Otto v. Buchheim: non petitur amplius).

22. Febr. Fuit Dominica Quinquagesimae. Celebra uimus cum ingenti totius Ciuitatis multitudine ac Nobilitate, Orationem 40 Horarum in Templo Soc. Jesu ad S. Jacobum pro assequitione Indulgentiarum Pleniarum toto Triduo Bacchanaliorum et hoc primitus. (Beisatz von des Bischofs Otto Hoind: quibus assistantibus?). In processione sub initio Orationis SS. Sacraumentum deportavimus: Quatuor Initia Euangeliorum decantata: et Sacrum pontificaliter peregrimus. Sic in fine Orationis die Tertia sub hora sexta iterum solenni Processione cum SS. Sacramento una cum Te Deum laudamus in voce Tympani, Tubarum et Organi (habitibus interea Germanicis lavicisque concionibus septem Mane et vespere) eam haud vulgari denotione plurimorum communicantium pie conclusimus. Scopus orationis fuit ut nempe omnipotens Deus flagellum Pestilentiae a nobis auerteret. Quod etiam factum est. Laus Deo etc.

27. Febr. Pro Daudis Pantaleonis aliquoties (noe?) Suae Sacr. Caes. Maj. Citati at non comparentis bonorum omnium confiscazione D. Qannitsverwaltter misimus libellum.

Nota 1. Jacobum Donatum 2. Samuelm Hasyber.

3. Tauffrer. 4. Paedagogum D. Joannis Georgii a Lambberg.

27. Febr. R. P. de Fabris Collegii Tergestinensis Procuratori pro Coronae i nostri hoc est Tribus vineis illic prope Mare nostris pecuniis ac sumptibus coemptis (In quibus riuus descendit per vallem: nemus amoenum et viui fontes perenniter scaturientes uisuntur cum summa Patrum S. J. delectatione ac commodo) noua Domus Recreationis Hebdomadariae: Refectorii: Vinariae Cellae: et quod Caput rei est, Sacelli noui fabrica et constructione (ut fundationis nostrae ibidem finis et complementum statuatur) conclusimus. Nos numerabimus pro tota fabrica Ducatones quingentos spatio 2 aut 3 annorum

facient 666 f. 40 k. Ipse autem P. Petrus de Fabris siue R. P. Rector Collegii Tergestini N. (Jacobi, Beisatz von Buchheim's) Raempel reliqua omnia et singula usque ad consummationem operis faciente. Consignavimus praedicto P. Petro de Fabris in praesentia R. P. Melzii Passauensis Collegii Procuratoris fiorenos centum ad roes. i. e. 100 f. Item accepit duabus vicibus, prima 100 f. Altera uero ex manibus nostri Anbalti 166 f. Restant adsuc solvendi Trecenti et fundatio nostra complebitur, hoc est, promissionis nostra obligatio totalis Sexcentis sexaginta florenis.

Nota. Eidem R. P. Petro de Fabris pro diuersis Temporibus numerauimus pro coemptione loci Coronae i. e. Trium vinearum iuxta mare. Primitus pro vinea prima in longa Moneta Ao. 1623 ei numerauimus 1000 f. Item esdem ratione dedimus sed in Bona moneta centum i. e. 100 f. Item pro duabus aliis vineis coemptis etiam in bona Moneta exbursauimus 250 f. Item 13. Dec. 1626 Oberburgi eidem R. P. Petro de Fabris ad eius instantiam exposuimus per manus Anbalti 150 f. Item unum pretiosum Calicem argenteum et deauratum quem alias pro Nazarethanu designavimus, valoris 100 f. Bursam pro Calice pulchram sericam, cum corporali, Palla, velo, purgatorio et substratorio et necessariis. Nihil ultra defuit a nostris promissis plenae Fundationis Coronae ibidem nostrae quam adhuc 150 f. et sic Quiescere Plato lubebit.

Item mense Martio 1627. Quo tempore R^{ms}. Dnus Epus. Tergestinus hic fuit, una cum illo per manus Civem Labacensem Mercatorem Johannem Hiller accepit ad nostram solutionem 150 f. Et sic nostris satisfecimus promissis. Laus Deo etc.

6. Julii 1627. Pullam sine Picturam pro Sacello et Ara nostri Coronae i hinc Oberburgo misimus per proprium Nuntium Tituli Beatiss. Mariae Virginis S. Catharinae Virg. et Martyris ac S. Luciae et S. Ursulae etc. pulcherrimam et placuit. Et sic per omnia promissis nostris et Fundationi satisfecimus Laus Deo etc.

27. Martii. Dem M. Georgen Pildhauer auf vnsere Stainerne Wappen, so ad Coronae nostrum zu Tryff eingemauert werden sollen drangelt geben 12 fl. per manus des Bissthums Schaffers.

6. Aprilis. Rursus ex esu fungorum terrae (Maurachen uocant) ex Risinella decubui una nocte dntaxat. Et sequenti die Lectica uectus in Stajn veni.

8. — Labacum venimus circa Meridiem.

9. — Publice Poenitentes VII. numero absoluimus: Sacrum Pontificale in cantu; Et S. Chrisma confecimus.

11. — S. Fontem benediximus: Pontificale Missam et Ordinationem celebrauimus.

12. — Etiam in die S. Paschae Pontificaliter ministrauimus ac Concionem in Cathedrali perfecimus. Laus Deo.

Fuimus in Freydniz ad Primitias F. Bisjak: Et in Verhnika ubi etiam infirmitate nostra sumus praeventi die una.

17. — Scripsimus Illmo Dno Nuntio Aplico Viennensi in causa Laussiana et recusavimus iterum Petinensem habere pro Iudice: eo quod is Epatus, imhiando vel expedit vel expectat mortem nostram.

17. Apr. Soluimus Cancellario nro. Epali, Doctori Georgio Planina de Cancellariatus officio sportulas suas annuas sine stipendium annum Labaci ex manibus Economi nostri 24 f. Annus ejus incipit a nouo anno.

Hoc eodem anno circa eius initium suscepimus eundem d. Georgium Planina in Procuratorem Litium Episcopalis: Cui incepit ac currit annus a Prima die Januarii; Et erunt Sportulae eius siue salarium 20 f.

Sollicitator Michael Nouak eodem tempore ac Anni initio susceptus habet Stipendii 12 f.

26. Apr. Celebrauimus quartam Synodus Carniolanam.

14. Maii. Fuimus in Ygg auram mutantes propter Morbum nostrum quo iterum die una praestrixi fuimus.

Veni in molli Lectica uectus 19. Maii ex Kamnik Vespere.

21. — In Festo S. Ascensionis domini Sacrum Pontificale in Altari Supremo in cantu frequentissimo populo peregrimus.

NB. Fatales ac Critici dies et aspectus ex discreta et pessima imperiti Medici curatione i. e. And. Lud. Wessjak Doct. (NB. Andreas Ludovicus Wesiak Carniolae Provinciae Doctor et Physicus male sanus).

22. — Mane et ecce potionem medicam sumpsimus hilares ac vegetes, circa Vesperam ad Agonem usque luctari caepimus. Vox, lingua, loquela, caput, et manus deficients, periculum mortis minitari nobis horam propinquam praesagibant. Et nisi pretiosissimum Bezoar ad manus fuisset, cum cornu Unicornis, actu fuisset de vita nra. Sed gloriosissima Virgo Deique Mater Maria adjuvus opem confugimus in puncto Agonis, succurrit Lauretana et Nazarethana. Adsuicit Doctor Cillej. Joannes Paulus de Aplis. cui 24. taleros obtulimus.

Junii 15. Una cum praedicto Doctore Medico Cillej. D. Joanne Paulo de Aplis. ad Curam novam au ramque captandam in Altenburgam arecm nos contulimus Medicinas Pharmacopaeo Cillej. praebente et magnopae in melius profecimus. Laus Deo etc.

Incubuimus per istud tempus in Nazareth an um noum Aedificij quasi ad fidem perficiendum. Fabrica SS. Nazarethi nostri faeliciter incedit. surgit, finietur. In Nomine Jesu et Mariae. Amen.

8. Nov. Der Röm. Kays. Maj. Ferdinandi II. Unsers allergnedigisten Herrn und L. Furstens Endtliche Resolution durch Jacoben Prinzen von Wien her gebracht, das sich die Keyserliche gdiste. Mainung willen und consens mit unsern consistorialischen Sentenz auf Carlen Wizen verainigen und senken (?) thuet, auch hr. F. Bizdomb in Crain die Jungfrauen Ursula Gozarzellin (als deme sie auf Verordnung getrawet worden) denen von Lahbach als

Ober Gerhaben sollen freyledig stellen und darauf solches Erkhandtes matrimonium zwischen beiden Brautt personen Carolo vnd Ursula in facie Ecclesiae viuerhundert celebren werden solle. Tandem causa triumphat bona.

11. Nov. Unsere bericht vnd Räthliches Guettachten in Sachen der Biskopen und Wallachen an unsere Gränzen Wohnung wie dieselben a schismate Graeco et Patriarchae Constantinopolitani Jurisdictione ad gremium S. R. E. (ecclesiae) gebracht werden mögen, nach hoff geschieht. Valuit per omnia.

Eodem unsrer Information neben herrn Landvitzdomb in Crain wegen der Pfarrer Oblasch und derselben dissipierten Güetter wie solche restituirt werden möchten, nacher Lahbach ad expediendum per manus nostri Anbalti fortgeschieht worden.

24. Nov. Ad Vicarium nostrum Generalem misimus, per Carolum Wiz sponsum defraudatum acta et Responsiones Caesareas, quatenus in causa Gogonzelliana matrimoniali inter Raptorem Adamum Kircherger et eius Coadjntorem Antonium Gazanzellum et Ursulam eius sororem Gazanzellum Raptam omnesque interessatos quounque colore ac praetextu complices nobiles ant ignobiles viros ac mulieres fauore siue consilio ac adjutore peccantes, uigore Sac. Concilii Tridentini Sess. 24 c. 1. Etiam 6. et 20. consistorialiter feram sententiam, ferat, declarat, et poenam Juris publici eliminat ac irroget.

26. Nov. Dem M. Elia Wolffen Burger und Mahlern zu Lahbach was Er etbo für den Altar S. Mariae Magdalene in die Thuenbfirch daselbst von Goldt Silber und Farben (als wir es mit Ime Meysterlich verdingt) verdient und empfangen, abgerahitt hat, vermüg seiner aigen bekantnis und Auf zügs bishero 50 fl. empfangen, hezo aber in Beysein M. Skarnoss 31 fl. von uns auch empfangen id est 81 fl. In Ersehung seiner Meysterlichen arbeit wollen wir auch das vbrig bezahlen,

NB. Et data est ei Imago Iudicij extremi pro Epitaphio Matris nostrae in Coemiterio ad. S. Petrum Labaci.

19. Dec. Ordinauimus Clericos generaliter in nostro cubiculo, instructo in id ipsum Altari idoneo foeliciter. Laus Deo.

28. — Ursulam Bastianzhizham R. P. Mathiae Bastianzhizh in Archigymnasio Viennensi Professoris Theologiae Publici Matrem donauimus xenio et dedimus ei ac filio Andreae 16 f. Et duos caseos.

Eodem die ad Caesarem ac Nuntium Apostolicum in causa Matrimoniali literas direximus per Jacobum Prinzer. Qua tandem vicimus. Mense Martio Anni 1627, Iudice delegato Ven. Dno Officiali Passauensi.

1627. 5. Jän. Dem M. Gerharden Krän Maller zu Lahbach die 3 Stuck Quader für den großen Alter in der Kirchen S. Jacobi so P. Rector Albertus Ocyori (?) aufzgebettlet beim Nasshauer über das Jenige so Er Zunor empfangen bezahlt paar mit 30 fl. Praesentibus Anbaltin et Franeisco numerantibus Accepit omnia.

Eodem Rudolphum Danielem Rasshawer der Buß für einen Camerjungen gedienet mit Comendation bryeffen an herrn Wolff Graffen v. Tersatz generall Obristen zu Carlstatt vnd hant Jacoben Paradeyser Freiherrn qui eodem loco et officio nobis olim seruuit daselbst mit 2 Pferden zu unterstellen expedirt. Eat in Nomine Jesu et Mariae foeliciter.

5. Jan. In Vigilia Trium Reg. 1627. Advenerunt Illmis Dni Georgius a Schrattenbach Baro Dns Arcis in Schwarzenstein et Dns Fridericus Gabelhoffer, puncta nobiscum pertractantes, quae propter in Indicio Prouinciae praesertim Dns Georgius a Schrattenbach debuisse mus litigare et labores plurimos (taceo sumptus) exsudare. Quae sunt dirempae ac terminatae taliter. NB. Praesentibus Anbaldo Secretario nro. et Andrea Pirota (?) Colonus noster N. Hobel (qui Suppanum Dni Baronis Georgii a Schrattenbach propter fornicationem in fundo nro. usque in annum tertium scandalose exercitam primo fuste percussum deinde catena ferrea captiuauit: absoluti sine jussu nostro vel consilio quae sita praecepit) flexis genibus debuit suam culpan deprecari: turris carcere ad Triduum arctum et nunquam contra praedicti Dni Baronis jurisdictionem siue Purgklydb quidquam aut innovare prae sumere vel moliri polliceri. E contra praefatus Dns Georgius Baro a Schrattenbach eundem suum Suppanum corrigere acriter et exagitare. Et taudem compellere ut suam Dalilam Matrimonio sibi copulet. Et reciproce re promissum est.

Quo ad secundum Punctum.

Item Illmus Dns Georgius Baro a Schrattenbach Advocatiam Jurisdictionem, imperitionem siue polius vexationem super Eccla et Parochia S. Aegidii prope Schrattenbach hactenus multis rationibus quae sita Omnimode cessit resignauit ac renuntiavit: Quia fundamentum a D. Erasmo Trüebugl confictum et in medium prolatum melioribus uis litteris privilegiis ac fundamens fuit Originaliter confutatum. Et sic evanuit per punctum 2^{un}.

In tertio punto. Decimam a Noualibus fundis (cujusmodi collis quidam situs in medio Juris nostri Epalis. Decimarum ab hominum memoria irrefrogabiliter ad nos pertinentium sibi vendicatus). Nisi probetur esse Huebweingartten unde antiquitus Arci Schwarzenstein debeatur jus decimandi aut decimam exigendi: Habeatur inter nostros subditos aut reliquos decimatores Parochianos absque omni contradictione.

In Quarto punto. Dns Baro Schrattenbach (qui negauit suam cellam uinariam aperire, ut juste decima Episcopalis recipiatur: Et pro collectis 140 Vrnas uini decimam soluit, quantum voluit scil. pro 14 urnis saltem Tres) Tenetur aperire Cellam: et plene soluere decimam. Multis questus contra Ministros nostros, plus illos nobis narasse quam esset in rei ueritate, sibique etiam tanquam Nobili ac Baroni aliquid esse credendum. Vtrobique conquievimus.

In quinto punto. Decimam Triticeam cum violentia de agro Arcis Schwarzenstein ablatam excusauit omnimodi. Rogauit autem sibi Decimarum jus si omnimode saltem de sua Arcis agro et fundis, pro pecuniis elocari. Quia plurimum indiget straminis pro suis jumentis. Et hoc fuit eidem Dno Baroni prae missum.

Quoad sextum punctum difficilem se praebuit. Cum in rebus aliis cesserit per omnia: Scilicet, ut collecta Sacerdotis Vicarii et eius Ministri Aeditui Vicarii $\frac{1}{2}$ — frumenti. Aeditui $\frac{1}{2}$ mixturae ex arce de quodam praedio, ad Arcem adjecto, penditur. Praemonitus sufficienter de-

sudoribus et obligatione Ecclae. ministrorum, speratur obedire. Putat autem se ut Provinciale non teneri ad praestauda more alicujus coloni et satis fuit confutatus. Pax confecta (?) fuit.

Eodem D. Fridericus Gabelhoffer Praedium habet ab Antecessore nostro Illmo Dno Epo, Joanne et Adamus Scheyerer ante illum in Empfitevsi, in forma sua et conditionibus obtentum. Qui Adamus Scheyerer primus, post obitum ejus quidam Seyfried Raspen: post hunc in dictum Gabelhoffer et cohaeredes tenuit, nunc vidua quaedam Holzappelin possidet, nec se unquam apud nos ius inuaverunt, laudem non solverunt nec X. vel XX. Sed et Rabbotas et Steuras minime praestiterunt limitibus agrorum ejecti. Idem Gabelhofer solvit ab annis 12 steuras: pro laudem supplex nos adiit, promisit autem vel vidua deinceps quotidie justam solutionem et petiit Investituram in scriptis. Gratia promissa est de praetrito, in futuro ubi comparuerint et obedientes fuerint, ratio corundem habebitur. Praesertim cum vidua uti Emptrix audienda sit et confici possint litterae Investiturae.

Praedium pro praedio consultius (?) dabitur, ut certius nobis ex limitibus nostris constet.

Et sic 8 Jan. 1627 rebus confectis recesserunt.

Febr. Circa Purissimae B. M. Virginis Purgationis Festum horribiliter Risipellari morbo fui prostratus, durauit altra 14 dies, Nunquam sic diu saeviit.

6. — Dorotheana Synodus celebrata fuit, in qua Andreas Tautscher Vicarius Slavigraetii, Antonius Tautscher, Vicarius ad S. Aegidium Michael Stichl, Vicarius in Schallegh Georgius Comar ex Triffail. Eliam Georgius Entspurger Vicarius ex Prasberg. Et alii Concubinarii condemnati fuerunt. Et alia salutaria constituta fuerunt.

X. Febr. R. P. Georgio Jurissiz Priori Augustiniano Monasterii Labacensis pro Altaris Summi pictura consignauit 50 fl.

17. Febr. Per R. P. Marcellum Pollardt Collegii Graecensis Rectorem M. Joani Juraj Presbytero, qui nobis suas Theses adscripsit et operam suam in Episcopatu nostro Dno famulando studiose obtulit, consignauimus 20 f.

Item Simioni Jursizh alumno nro. 4 f.

Mart. 8. A Prandii tempore post horam Completorii R^{mas}. et Ill^{mus}. D. Reynaldus Epus Tergestinus in Nuntiatura Graecensi S. Apliceae sedis delegatus et Visitator (Quem Tergesti in sua Cathedrali J. Justi Martyris consecravimus Ao. 1622 Mens. Aug. 14.) huc nos Oberburgum Visitationis charitativae gratia tanquam debilem et infirmum accessit, unacum Fratre suo et Theologo et R. P. Petro de Fabris Alumno prius nostro nunc Procuratore Collegii Tergestinensis Soc. Jes.

— 10. Profectus fuit Marjenburgum et in Nazareth conformem structuram testatus est Lauretanæ sanctæ domui per omnia. Et reuersus est.

— 12. Oberburgo discessit in Müncendorff una cum P. Petro de Fabris.

